



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 13. Christianis à Saraceno Christi exemplu[m] propositum; cuius calice  
considerato, omne nobis absynthium dulcescit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

## §. XIII.

*Christianis à Saraceno Christi exemplum propositum; cuius calice considerato omne nobis absynthium dulcescit.*

Io. Ion-  
ueus in  
vita S.  
Ludou.  
regis  
Franci.  
c. 42.

Exod. 15.  
23.

Scribit Io. Ionuieus, Principem Saracenum, belli sacri tempore, ad proceres Francos, in AEgypto, captiuos, salutatum accessisse, atque ex illis interrogasse, *Num in unum Deum crederent, qui ex Virgine natus, in cruce affixus mortuusq; esset, dieq; tertio, se in vitam renocasset?* Quibus, ita se credere, affirmantibus, addidit: *Eos neq; fracto animo, neq; mœstos esse debere, si tantulam calamitatem subirent, eius nomine, qui extrema supplicia, pro ipsis exantlasset; eosq; nondum ad mortem usq;, pro eo, decertasse: qui si tantæ fuerit potestatis, ut, triumphata morte, se ipse à sepulchro excitârit, certò in animum inducere oportere, fore, ut etiam ipsis breui calamitatibus illis eximeret.* Iocosa, an seria fuerit illa consolatio, non habeo dicere, veram fuisse probauit secuta procerum libertas. Et planè vera est hæc consolatio, iam dudum ad umbrata, quando, Israëlitis, in deserto, ad bibendum, nihil aliud, quam amarissimas habentibus aquas, Deus Moysi lignum ostendit, quod cum misisset in aquas, in dulcedi-

cedinem versæ sunt. Per lignum, aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiam crucis, ait S. Augustinus. Poterat Deus, inquit S. Gregorius Nyssenus, solo verbo aquam potabilem facere, sed per lignum id voluit præstare, ut typum salutiferæ crucis indicaret. Itaque lignum crucis rerum tristium amaritatem in dulcedinem nobis vertit, quando perpendimus, exiguum nobis scyphum propinari de eo & absynthio, & aceto & felle, cuius tota maria exhausit Christus : qui non sine caussa dixit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Addidit autem, quem ego bibiturus sum, Ut communicatione laborum, cum Christo, promtiores redderemur, ait os illud aureum. Quod si Christum oportuit sic pati, & ita intrare in gloriam suam, nonne oportet etiam seruos illius, eadem via sequi? An? Domino felle saturato, mancipia, eius multum exigent? At *Dulcia non meruit, qui non gustauit amara:* &, sicut Paulus & Barnabas prædicauerunt: *per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei.*

## §. X I V.

*Per aduersa. viam esse ad victoriam, coram.*

*Atque hoc octauum est inimica Fortune reme-*

S. August.  
quest. 53.  
in Exod.  
S. Greg.  
Nyssen.  
lib. de  
vita Mo-  
ysis.

Matt. 20.  
22.  
S. Chry-  
stost. ho-  
mil. 66.  
in Matth.

A& 14.  
22.